



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

Calino, Cesare

Augspurg ; Graez, 1744

VD18 80280064

Dominica V. Post Pentecosten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)

mum sibi nocuisse. Explicatur hæc cæcitas
per duas parabolas. *Mense X. Disc. 301. pag.*
501.

DOMINICA V, POST PENTECOSTEN.

1.

Non intrabitis in regnum celorum. Matth.
5. v. 20.

Horrenda est hæc Christi comminatio; non enim poena major inveniri potest, quam amissio cœli & Dei. Verum meritò tantæ minæ in peccatum vibrantur, cum Deo maximam injuriam inferat. *Mense I. Disc. 20. pag. 297. usque ad num. 9.*

2.

Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam
Scribarum & Phariseorum, non in-
trabitis in regnum celorum. Matth. 5.

In faciem populi accuratam legum & ceremoniarum observantiam præferebant Pharisei, sed simul plurima sibi indulgebant: vanam gloriam captabant, primos accubitus appetebant, contenti non occidere vindictæ cupidinem non abiciebant &c. Hypocrisis erat omnis eorum justitia, dum foris rigorem præfetulit, intus genio indulgit. Ad similem hypocrisin delabi potest, qui creaturarum amori
nimi-

nimiùm se tradit : hoc enim sincera devotio perditur, gravium peccatorum discrimen incurritur. *Mense I. Disc. II. pag. 149. à num. 5. ad finem.*

3.

Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Matth. 5.

Graves in iram sententias vibrat Salvator, quia, licet sit inclinatio & affectio quædam naturalis, in multa peccata hominem præcipitare potest. Jubet ipse Deus : *Irascimini & nolite peccare*, quo indicat laudabilem quandoque iracundiam esse: verumtamen periculosa semper est, & ideò diligenter refrænanda. *Mense VI. Disc. 162. pag. 166.*

4.

Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Matth. 5.

Bene monuit S. Paulus : *Si nosmetipsos dijudicemus, non utique judicemur.* Cùm ergo irascentem fratri suo reum iudicio pronuntiet Salvator, præveniamus, & iracundiam nostram bene dijudicemus; an verò laude vel reprehensione digna sit, agnoscemus ex causis, operationibus, & moderatione. *Mense VI. Disc. 163. pag. 182.*

5.

*Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit
judicio, Matth. 5.*

Accuratè olim examinabitur omnis iracundia, cum non omnis sit justa. *Irascimini, & nolite peccare.* Variè verò ira in peccatum inducit, sive causas illius consideres, sive operationes, sive moderationem. Semper ergo affectus iræ esse suspectus debet. *Mense VI. Disc. 164. pag. 201.*

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

I.

Misereor supur turbam, Marc. 8.

Admiremur clementiam Salvatoris; non coegerat plebem, ut ipsum sequeretur; sponte sequebatur ad audiendam doctrinam, & gratiæ loco habebat, quòd percipere Christi verba posset. Ipse potiùs à plebe petere mercedem potuisset pro perpetua prædicatione. At ecce! Christus ultrò quatuor hominum millia pascebat, quantas ei debebant gratias? Nonne ingratißimum dixisses, si quis eorum insurrexisset, & pro beneficio injuriam intulisset? Id facit peccator, dum offendit Deum, & ex offendentis persona crescit injuria. *Mense I. Disc. 20. pag. 308. à num. 9. ad finem.*

2.